

sed Procerum benignitate & velut coelesti aura fo-
venda. Idem favor, is splendor & mihi spero afful-
gebit, si ego non in flore ipso madescere atq; efflo-
rescere possim, Zephyro benevolentiae adspiretis,
& velut imbre irrigetis. Quo facto primitias haec.
De UTILI PEREGRINATIONE, longè vberio-
res, divina affulgente gratia, sequentur fructus,
quos etiam istis aere Clementiae Vestrae devotos &
consecratos volo. Nunc autem Vobis Reverendiss.
Illustriss. Generosiss. Nobiliss. Strenuis ac Magn-
Viris Dominis; A DEO Duce Primo, Trino-Uno, &
Uno Trino, Auspice supremo; Trinum. perennem
felicem novum Annum precor. Quem etiam da-
bit; quidni? quia optimus. Cur non? quia maxi-
mus. Is ipse faxit, vt non modò hunc annum, ve-
rùm etiam plures optata serie prosperare possitis.
Vos diu servet multis; mihi; multosq; vobis. Va-
lete, mihi coeptoque meo clementer favete. Vi-
ennae Austriae ipsis Januarij Calend. ANNO JESU
M. DC. XVII.

Reverendiss. Illustriss. Gene-
rosiss, Nobiliss. ac Strenuis
Dominis Dn.

Humillimè subjectus

JOANNES BLUM Wite-
berg. Iur. Stud.